

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Loquacitas b  
cum fonte primo

Periculum est  
dicere non solum falsa, sed eciam uera,  
si hiis ea non quibus oportet insinuet.  
Quod uicium quadripertitum est, uel  
adulationis, uel auaricie, uel iactancie,  
uel loquacitatis incaute.

Ambrosius super Beati immaculati.

periculum itaque est  
non solum falsa dicere, sed etiam uera,  
si quis ea insinuet quibus non oportet.  
quod uitium quadripertitum est, uel  
adulationis uel auaritiaie uel iactantiae  
uel loquacitatis incautae,  
quia, dum adulari uult aliquis, ei cui  
loquitur effundit mysterium; nonnulli  
etiam studio lucri mercedem proditionis  
secuntur, ut tegenda silentio uendant  
loquendo; alii, ut plura nosse uideantur  
et scientiam suam iactitent, aperiunt  
quod celare deberent; plerique, dum sine  
praeiudicio locuntur, uerbum emittunt,  
quod reuocare non possunt.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio  
Psalmi 118*, 2, 26, 1-2 (CSEL 62, M.  
Petschenig ed., pp.35-6, ll.22-27, 1-3).